

D I O D O R I S I C V L I

112
accedētes ut ignem subiicerēt. Quod cum nullus auderet, solus Philoctetes a
in gratiam sagittarum quas ei Hercules reliquit, pyram succedit: subitoq;
fulminibus circumdantibus pyra exusta est. Accidente Iolao ut ossa collige
ret, cum nullum penitus repertum esset, credentes Herculem secundum ora
culi responsa ad deos translatum, sibi ut heroī sacra quedam fecerunt. Inde
ad Trachinam reuersi, Menetius postmodum Actoris filius, Herculis ami
cus, taurō, capro, arieteq; ueluti heroī immolatis, instituit, ut singulis annis
Herculē in Opunte sacra facerent, utq; pro heroe coleretur. Cum idem The
bāi facerent, Athenienses Grecorum primi ut deum sacrificijs Herculem co
luerunt: sūxq; pietatis erga illum deum exemplum reliquis præbentes, uni
uerlam primum Graciām, deinde cæteras omnes gentes ad eius cultum con
uertere. Adiūciendum est superioribus, Iouem perlustrasse lunonī, ut Herculē
se fingeret genuisse, matrisq; erga eum deinceps benevolentiam ostēderet.
Partū eiusmodi fuisse tradunt. Iuno cum in lecūm ascendisset, sumptū iuxta
corpus Herculem per uestes inferius in terram demisit, uerum patrū imitata:
sicut & nunc usq; in filiorum adoptione obseruant barbari. Lunonis opera
post hunc partum, ferunt Heben Herculi nupsisse, de qua & poeta post obi
tum scribit: Ipse cum dij immortalibus in delicij uersatur, habens Heben
pulchros habentem pedes. Herculem uero dicunt nequaquam inter duode
cim deos, prout lupiter prædixerat, receptum. Fieri enim non poterat, nisi
uno ex duodecim prius pulso, ut alter recipere retur. Iniquum enim fore, hono
rem unī tribui cum alterius dei ignominia. Scriptis quā de Hercule dīci pos
sunt, nunc Argonautas, cum quibus militauit Hercules, referamus.

DE ARGONAUTIS, MEDEA, ET
filib⁹ Pelei. Cap. IIII.

IAsonem tradunt Aesonis filium extitisse, nepotem Pelīæ Thessalorum re
gis. Qui cum esset robustus corpore, animiq; præter cæteros sūræ atq; atatis e
statu: aliquid agere optans memoriā dignum, ex superiorum exemplo, maxi
mēq; Persei, aliorumq; pluriū, quos propter externas expeditiones, gestaq;
præclara immortalē gloriam ascūtos intelligebat, exarsit animo ad illo
rum opera imitanda. Itaq; communicato cum rege consilio, Pelias suo desi
derio assensit, non ut adolescentis gloriam augeret, sed sperans illum citius
in bellī expeditione peritum. Se enim fili⁹ masculis natura priuatum esse
uidebat. Fratrem timebat, nequādo filij ope sibi regnōq; insidiaretur. Hanc
suspicionem occultam tenens, pollicitus est se bellī auxiliū laturum, si expe
ditionem pararet in Colchos, ad uulgatum uellus aureum rapiendum. Hab
itatatur tunc Pontus à barbaris ac efferis nationibus, infensisq; hospitibus,
cum omnes aduenas eō nauigantes interficerent. At Iason laudis appetens,
cum certamen difficile, non tamē penitus impossibile propositum uideret:
sed quo maius esset, eo ampliori se gloria uictorem fore, necessaria ad id bel
lum paravit. Primum iuxta Pelium nauem adificauit magnitudine atq; ap
paratu longē maiorī, quam quā ad eam diem fieri consueuerant. Erat enim
antea paruarum nauicularum usus. Ad huius uero eximiā magnitudinem
stupentibus omnibus, diffusa per Graciām eius rei fama, multos egregios
adolescentes ultro ad certamen, & eius belli communionem allexit. Iason in
aquam deductam natum, quum necessarijs ad nauigandū rebus fulsisset, op
timos eorum qui secum ire appetebant, elegit, numero quatuor & quinqua
ginta. Ex his clarissimi erant, Castor & Pollux, Hercules, Telamō, Orpheus,
Atalanta Schoenē: præterea Thespīi filij, & ipse nauigij auctor Iason. Nauis
Argo dicta est, ut quidam asserunt scriptores, ab Argo eius architecto: qui
etiam inter nauigandum eius refacienda curam ceperat. ut alij, ab eius uelo
citate, quam antiqui argon appellabant. Hi omnes ducem sibi præfecerunt
Herculem